



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 88. Iterata Catholicorum Protestantes ad æquiora reducendi Molimina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

§. LXXXVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1646.*Iterata Catholicorum Protestantes ad
æquiora reducendi Molimina.*

Mærebant omnes Catholici, & in
luctu vivebant, a Deputatis edocti, *Adam. Ad.*
quod Protestantes durissimis suis postu- *relat. Hist.*
latis adeo pertinaciter insisterent, ut *Hist. Pac.*
tandem & reliqua Ecclesiarum bona *Westph. c. 12.*
Catholicis eripere machinarentur, fal- *pag. 245.*
so, non minus ac ridicule jactitantes,
ea potius pro ipsis, quam pro Roma-
no-Catholicis fuisse fundata: cum ergo
Catholici in hac violenta oppressione
nil reliquum haberent, nisi ut ad Cæ-
sar's Legatos plena agendi potestate
munitos recurrerent, hinc eorum men-
tem super cuncta Protestantium postu-
lata, propositis variis quæstionibus, ex-
plorare decreverunt. Hi vero, cum
jam antea Protestantium pervicaciam
frangere incassum laborassent, eisdem
non modo pro Ecclesiasticorum bonorum
possessione centum annorum terminum
promiserunt, sed plura alia consequendi
spem fecere, ea tamen lege, ut quoad
Catholicas Ecclesias reservatum Eccle-
siasticum perpetuo vigeat: censebant
igitur silentio interim prætereundam
esse quæstionem, quamdiu Protestantes
in tranquilla Ecclesiastici spoliî posses-
sione

Sæc. XVII.
A. C. 1646.

fione relinquendi sint, sicut & utrum
urgendum sit, ut intra hujus possessionis terminos Catholici etiam ad usurpatas Ecclesias eligantur? Existimabant quoque de Annatis, Mensibus Papalibus, & jure Pallii nullam esse mentionem faciendam, petendum tamen, ut Protestantes horum loco, certi quid pendant Cæsari, cui etiam salvæ & integræ permaneant primæ preces, sicut & Catholicis Canonicis in Ecclesiis mixtis Exercitium suæ Religionis vel publice in choro, vel privatim in suis Sacellis: Insupercensebant, quod Protestantibus per liberam Capitularium electionem ad Prælaturas vocatis titulus *Electi* aut *postulati* tribui, necnon illi ad Sessionem & Votum admitti possint, dummodo promittant, quod hæc Prælaturas nolint facere hæreditarias, & Ecclesiam administrandi indultum loco investituræ a Cæsare petant, atque juramentum fidelitatis pro concessione temporalium præstent; in civitatibus vero Imperialibus, ubi utraque viget religio, utriusque exercitium permaneat, pacisque Pragensis dispositio servetur, sique, præprimis Augustæ, conventiones particulares in usum deduci poterunt, illis insistendum sit, secus juxta Amnestiæ tenorem cuncta in statum Anni post Christum natum mil-

lesimi

lesimi sexcentefimi vigefimi feptimi re-
ducantur: circa Nobilitatem vero im-
mediatam omnino obferuetur Pax Pra-
genfis. Cum vero Catholici fciscita-
rentur, quantum circa credendi liber-
tatem fubditis concedendam, Prote-
ftantibus indulgere valeant, refponde-
runt Cæfarei, Imperatorem fuis fubdi-
tis hæreditariis autonomiam femper ne-
gaturum: quid vero alii ftatus indulgere
velint, penes ipfos foret: nunquam ve-
ro generalis credendi libertas, utpote
paci Religiofæ aduerfa, concedatur: ad
quæftionem autem, an admittenda fit
æqualitas Affefforum in camera? de-
clararunt Cæfarei, eam effe denegan-
dam, concedendum tamen, ut in cauf-
fis ex pace Religiofa defcendentibus
pares numero de utraque Religione ad
eas decernendas adhibeantur, fintque
impofterum quatuor Præfides Cameræ:
Cæfar vero in Confilium fuum Impe-
riale quofdam Affeffores Proteftantes
affumere intendat, eo numero, ut cauf-
fæ ex pace Religiofa nafcituræ per eos
de utraque Religione cognofci poffent:
cenfuerunt quoque Cæfarei, fuffragio-
rum pluralitati in cauffis publicis, non
autem Religionis effe innitendum: in
deputationibus vero Imperii paritatem
ftatum utriusque Religionis Prote-
ftantibus effe indulgendam.

Sæc. XVII.
A.C. 1646.

U 5

§. LXXXIX.